



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

55 Excommunicatus non est ad Moniales scribens, si ad eas epistola non perueniat, peccat tamen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO XLVIII.

Ex conf. 49. alias 12.

50. 11.

51. 14.

52. 10.

Promittens extra curiam aliquid ministris Papæ, pro Protōnotariatu, vel beneficio, vel dispensatione, vel aliqua alia gratia in eadem Curia obtinenda, igno-
rando penitus Extratraganem Gregorij xij. de Datis &
promissis, extr. Ab ipso. Quamvis ex ignorantia saltem
quoad totum conscientie, ex S. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. ex
Nau. in Man. c. 27. num. 274. aliqua ex parte a peccato, &
a penis grauibus, & eisdem extraordinarijs in prædicta Ex-
tratraganti Gregorij xij. contentis, excusetur; pœnas ta-
men excommunicationis & annulationis gratiæ a Boni-
facio viij. Extratrag. de sent. excomm. impositas, incurrit, ex
Nau. in Man. cap. 27. num. 274.

DECISIO XLIX.

Ex conf. 53. alias 3. de reb. eccl. non alie.

Episcopus res, & bona ecclesiæ alienans, excommunica-
tionem incurrit; Extr. 2. de reb. eccl. non alie. potest ta-
men, & tenetur bona illa recuperare, csi quis presby-
terorum. tit. eod. cum excommunicato nondum denūcia-
to ecclesiæ bona administrare non sit prohibitum, Extratrag.
Ad editanda Martini V. aut etiam si alienata repetere, i-
mo ipsi restitui debent, ex Nau. in Man. c. 17. num. 29. cum
prodigo, & dissipatori nō sit ipso iure administratio inter-
dicta, sed solum interdicens, c. veritatis, de dolo, & cont.

DECISIO L.

Ex conf. 54. alias 10. de sepulc.

Cadavera humana exenterantes, vel inhumaniter tra-
ctantes, seu mandantes, excommunicationem incur-
runt, Extr. 2. Bonif. viij. de sepulc. & Na. in Ma. c. 27. n. 105.
Non tamen consentientes ut id fiat; cum lex excommuni-
cans aliquod delictum facientem, consulentem non inclu-
dat, nisi eadem lex, vel alia similis, cuius auctoritas ita tuere
possit, illud exprimit, ex Nau. in Man. c. 27. num. 51.

DECISIO LI.

Ex conf. 55. alias 5. de regul.

Mulierem, Monasterium ingredi cogens, non secuto
ingressu, excommunicationem incurrit, confecuto
autem ingressu, non solum cogens, ut ait Concil. Trid. sess.
25. c. 18. de regul. sed etiam faciens, consulens, & auxilians;
accessorie excommunicari videntur ita Nauat. in Manual.
c. 27. num. 51.

DECISIO LII.

Ex conf. 56. alias 6. 7. de regul.

Religiosus neptem patre carentem habens; si ob ti-
morem quem habet, ne in errorem incidat, ut Mo-
nasterium ingrediatur, cum effectu procuret, donec
ad nubilem ætate perueniat, ipsa, & matre nolentibus, quā-
uis in foro exteriori excommunicatus iudicatur, ex Conc.
Trid. sess. 25. c. 18. de regul. & si celebret, irregularis efficitur;
in foro tamen conscientie non peccat, & ideo nec ex-
communicationem, nec irregularitatem incurrit; cum er-
ror legis dubia, & intellectu difficilis, qualis hæc est, a culpa
mortalis excuset, ut ait Innocen. in c. per tuas, de simoni-
sine qua excommunicatio non incurritur, c. nullus, r. 1. qu.
3. & Nau. in Manual. cap. 27. num. 9. Raro tamen, & ma-
xima cum moderatione procurandum est, ut puella tales
in Monasteria includantur, ut ibi honeste vsque ad nubē-
di ætatem maneant.

DECISIO LIII.

Ex conf. 57. alias 21.

Pontifex receptantes, & quomodolibet auxilium, cō-
siliium, vel fauorem Bannitis præstantes, excommuni-
cans eos solum intelligit, qui receptant, vel iuuant di-
recte, vel indirecte Bannitos, quoad delicta, quæ exercent,
non autem illos, qui neque directe, neque indirecte eos,
ut tales adiuuant, eo quod in huiusmodi statutis, non rig-
or verborum, sed intentio legislatori ponderari debet; c.
intelligentia, de verb. sig. præsertim, quia in Bullæ præmio
significat se illos solos excommunicare velle, qui eos præ-
sumptiue receptarent, vel ad malefaciendum, aut in pec-
cato perseverandum iuuarent, non autem eos qui salutem
animarum eorum quouis modo procurarent, vel cibum
eis in necessitate ministrarent, aut etiam eos iuuarent ad
euadendum manus iustitiæ sine scandalo, & violentia, ad
finem melius se conuertendi, & penitendi. Arg. c. cum vo-
luntate, de sent. excomm. & c. pasce. d. 86.

DECISIO LIV.

Ex conf. 59. alias 22.

Excommunicatus non est receptans, quem dubitat ef-
se Bannitum famosum, cum mens Conditoris nō sit
includere omnes mortaliter palam, vel occulte delin-
quentes; sed eos solum qui banniti famosi sunt, & ex pro-
fesso huiusmodi delicta exercent, ita patet per Extra. Gre-
gor. xij. contra Bannitos, quæ incipit, Tanta. edit. 1580.
constituit. 66.

DECISIO LV.

Ex conf. 60. alias 19.

Papa sub pena excommunicationis late sententiæ pro-
hibens, ut habetur per Greg. xij. Extratrag. Pro nostri-
edit. 1579. constit. 91. ne cuiusvis ordinis fratres ad ali-
quas moniales sui ordinis scribant, scribente ad aliquam
non includit, dummodo ad illam epistola non perueniat.
Quamvis enim verba illa Conditoris, [Nemo fratrum
scripta mittere audeat,] proprie non requirant, ut scriptū
ad monialem perueniat, illud tamen voluisse præsumitur,
quia scripture missio nisi perueniat ad quam mittitur non
nocet; sic tamen scribens peccat.

DECISIO LVI.

Ex conf. 61. alias 54.

Millam simoniaci, & proinde excommunicati per Ex-
tra. 2. de simonia audiens, non peccat, nisi Missans
denunciatus sit; quia communicans cum excommunica-
to specialiter, seu nominatim non denunciato peccare nō
censetur. Extratrag. Ad euitanda Martini V. & Nau. in Man.
c. 27. nu. 35. sufficit tamen fama excommunicationis cum
denunciatione ad hoc, ut excommunicatos denunciato
vitare teneamur. Sicut enim iure antiquo ad excommu-
nicatum euitandum fama sufficiebat; c. Illud. de cle. excō-
ministr. ita & de iure nouo fama de excommunicatione
cum denunciacione sufficere videtur, cum eadem ratio, &
æquitas in vtroque casu sit, & ideo idem ius erit. c. Dudum
de elect.

DECISIO LVII.

Ex conf. 62. alias 17. de privileg.

Prohibitum a prælatione celebret, suspensus esse cense-
tur, dummodo illam prohibitionem Prælati in scrip-
tis faciat; secus vero si tantum verbo prohibeat: Tunc au-
tem solum Prælati suspendere censetur, quando subditū
in scriptis, in ordinibus ministrare prohibet; solo autem
verbo prohibens, simplicem tantum prohibitionem face-
re præsumitur; Arg. l. si procurator. ff. de cond. indeb. quia
in dubio nemo actum eo modo velle facere censetur, quo
sit delictum, prohibens autem celebrare sine scriptura, si
id animo suspendendi faciat, delinquit; ipsoque iure su-
spensionem incurrit; c. 1. de sent. excomm. in 6. sin vero id fa-
ciat animo non suspendendi, sed simpliciter prohibendi,
non peccat, & ideo in dubio sic prohibendo, nolle suspen-
dere præsumi debet.

D E.